



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlæ Societatis Iesv

Angeli, Bernardo d'

Romæ, 1616

De ijs, qui admitti petunt, ad Collegium diuertunt, aut foras mittuntur.
Cap. VIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68329](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68329)

P. 4. c. 10. lit. B. *fint non vulgaris auctoritatis, orationibus, & rationibus conuenientibus in amicitiam reuocare, vel saltem, ne aduersarij sint, efficiere studeat.*

P. 4. c. 1. *76* *Obseruet, quæ erga fundatores, & Gratiudo erga Fundatores, et benefactores. benefactores, tam viuos, quam mortuos obseruanda sunt, eisque gratitudinem exhibeat, & alijs obligationibus, si quas Collegium habet, satisfieri curet.*

De ijs, qui admitti petunt, ad Collegium diuertunt, aut foras mittuntur.

C A P. VIII.

In Societate *77* *IN* *Societatem neminem admittat, nisi neminem admittat. à Generali, vel Prouinciali id ipsi committatur: sed de ijs, qui admitti petunt, ad Prouincialem referat, vel scribat, quales illi sint, & quibus donis Dei præditi.*

P. 1. c. 1. lit. A. *78* *Si is, qui admitti petit, ad institutum Societatis valde idoneus videbitur, & necessitas vrgeret, poterit eum tanquam hospitem Domi recipere, donec responsum à Prouinciali accipiat, vel ad eundem mittere, si expedire iudicauerit.*

P. 2. c. 4. §. 1. lit. A. *79* *Recedentem sine licentia ab alio loco Societatis, vel ab ea dimissum non admittat; sed si expedire videretur ad Prouincialem de*

eo scribat, & eius ordinationem expectet, illo Domi vt hospite, vel in alio pio loco si videbitur, detento.

80 Caritatem magnam exhibeat erga alios de Societate per Collegium transeuntes, eosque amanter hospitio excipiat; ac meminerit se aliquo viatico, aut elemosyna eos, si indigerent, iuuare posse: curet item diligenter dirigere, ac iuuare expeditiones hospitem, qui negotiorum causa domi versantur.

Caritas erga alios per domos transeuntes. P. 4. c. 2. lit. F. & p. 6. c. 2. lit. D.

81 Externi ne accipiantur hospitio, vt domi pernoctent, nisi ij sint, quibus multum debeat, aut id officij sine magna offensione prætermitti non possit: qua in re habeatur præcipua ratio religiosorum, cum necessitatis causa ad nos diuertunt.

Externi quando domi pernoctabunt.

82 Cum quis Domo egredietur, det ei socium conuenientem: si quando autem aliquis solus foras mittitur, is sit cui merito possit confidere.

P. 3. c. 1. §. 3. Cum socio domo egredientem.

83 Neminem ex suo Collegio in alium locum mittat sine literis patentibus.

P. 7. c. 2. lit. M. Non sine patentibus mittendi.

84 Si quis experimento comperiretur ferre non posse Collegij cælum, & male habere continenter cerneretur, vel alia ratione videretur mutandus, Prouincialem admoneat, an alio mitti debeat.


P. 3. c. 2. lit. G. Quid de male habentibus

85 Profecturi ad alia loca, ea, quam sotanam vocant, & alijs interioribus indumentis,

Quid cum Profecturis alio.

tis,

tis, quibus utuntur, priuari non debent, nisi forte ratio temporis, aut alioqui caritas suaderet melioribus esse commutanda. Reliqua vero omnia, quæ ad iter necessaria erunt, magna caritatis significatione ab eo loco, unde mittuntur, subministrentur, sumptibus tamen eorum, quorum erit expensas itineris soluere.



RE-